riæ tumorum hæmorrhoidalium et prolapsus ani operationes inter se comparentur.

DISSERTATIO
NAUGURALIS CHIRURGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVI. M. APRILIS A. MDCCCLIX.

H. L. Q. C.

PALAM DEFENDET

GUILELMUS SAMTER,

POSNANIENSIS.

OPPONENTIBUS:

S. CARO, MED. ET CHIR. DR.
S. FRIEDLAENDER, PHIL. DR.
PH. STEUER, MFD. ET CHIR. DR., MED. PRACT.

VRATISLAVIAE,
TYPIS HENRICI LINDNER.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, CELEBERRIMO

A. MIDDELDORPF,

. ET CHIR. DOCTORI, PROF. PUBL. ORD. FAC. MED., CLINICI CHIR. OPHTHALM. UNIV.)RINÆ VRATISL. DIRECTORI IN NOSOCOMIO OMNIUM SANCT. VRATISL. CHIRURGO RIMRO, COMM. REG. AD EXAMIN. MED. DELECTAE MEMBR., AUGUST. BORUS. REG. IN REBUS A CONSILIIS, LITTERARUM SOCIETATUM COMPLURIUM SODALI ET LEGIONIS HONORARIAE EQUITI ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

EGREGIE DE ME MERITO SUMMEQUE VENERANDO

HAS

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Jam per annorum seriem, vir illustrissime, et in colle-
s tuis et in operationis mensa et ad aegrotorum lectos
egia tuae methodi commoda nobis docuisti. Quum qua-
ennio absoluto dissertationem tua methodo nisam scribere
animo haberem, te auctore varias tumorum haemorrhoi-
ium et prolapsus ani operationes inter se comparare constitui.
nibus omnium chirurgorum methodis collectis, in opere
, „Die Galvanocaustic, ein Beitrag zur operativen Medi-
", pauca tantum de hac operatione inveni. Quare quum
e opem atque auxilium petiisem, summa cum liberalitate
nem quam comparasti hac quoque in re novam experien-
n ex illo tempore, quo opus tuum in lucem edidisti, me-

cum te communicasse profiteor. Concedas igitur, vir illustrissime, qui praeceptor mihi es carissimus et maxime reverendus, qui in dissertatione conscribenda liberalissime me adjuvisti, ut hoc primum meum opusculum, quo melius gratum meum in te animum cognoscas, tuo potissimum nomini inscribam.

Caput I.

HISTORIA OPERATIONUM.

I. Apud Hippocratem primam tumorum haemorrhoida-m sanandorum methodum descriptam invenimus. Hippo-ıtes vero et qui eum secuti sunt ad operationem perficiendam ro candenti[1]) et ligatura[2]) utebantur. Scholà Alexandrina has methodos duas tertiam et eam quidem cultri ope in-ıendam adjecit et cultrum ligaturamque solam, ferro can-ıti plane neglecto, adhibuit. Utramque autem methodum, a lso et Galeno diligentissime descriptam, tempore subsequenti no nisi Paulus de Aegina saeculo sexto in scriptis suis com-morat. Quo mortuo operatio plane oblivioni obruta sae-lo sexto decimo a Leonida ac Marco Aurelio Severino denuo revocata. Quo ex tempore omnes chirurgi inter se dissen-unt, quorum alteri, ut apud Anglos Pott, Astley Cooper, ll, Curling[3]), Queen[4]), apud Francogallos Rousseau[5]) Petit, ud Germanos Langenbeck sen., Chelius[6]) ligaturam, alteri ud Anglos Salmon, Bushe, apud Francogallos Dupuytren[7]), ux; Gerdy, Delpech[8]), apud Germanos Dieffenbach[9]), cultrum ıstiore eventu adhiberi solere contenderunt. Novissimis nique temporibus illa peritissimi medici Coi methodus, a pe-issimis chirurgis ingeniose adhibita, firmum atque stabilem endam inter ceteras operationes obtinuit locum atque feli-simo illo eventu, ad quem Barthélemi, Bonnet, Amussat pa-et filius, Jobert de Lamballe[10]) cauterio potentiali, Bégin, yer, B. Langenbeck[11]), Middeldorpf[12]) cauterio actuali perve-

---

1) Hippocrates in libris de haemorrhoidibus.
2) Hippocrates de ratione victus in acutis.
3) Curling. Krh. des Rectums, übers. v. Neufville.
4) Queen. The diseases of the rectum.
5) Annual. med. Record. Vol IX.
6) Chelius. Handb. d. Chirurg., B. 1, pag. 1130.
7) Dupuytren. Leçons orales de clin. chirg. I. 339.
8) Mémor. de la clinique de Montpellier, 1830.
9) Dieffenbach. Operat. Chirurgie.
10) Philippeaux. Traité pratique de la cautérisation.
11) Boysen. Diss. inaug. De fer. cand. ad san. haem.
12) Middeldorpf. Die Galvanocaust.

nerunt, id effectum est, ne exceptis paucissimis vel ulli chirurgi in operatione cauterio utantur, quorum Chassaignac [1]) commemorandus est.

II. Primos prolapsus ani operationum conatus Aëtius, Leonidas, Marcus Aurelius Severinus fecerunt, qui pariter atque in primis tumorum haemorrhoidalium operationibus ferrum candens adhibuerunt. Quibus viris mortuis operatio paene omnino oblivione obruta est et Cheselden demum prolapsum ani cultro sanare studuit. Quae methodus in Anglia magnopere placuit, sed per Copeland et Rust, qui ligaturam cultro potiorem habuerunt, culter plerumque remotus est, qui tamen iterum valuit auctoritate Dupuytrenii[2]). Is enim methodum anno 1788 ab Hey expositam amplius auxit, auctaque multis modis explorata et probata est[3]).

Reliqua pars historiae operationis eodem modo, quo illa tumorum haemorrhoidalium decurrit.

De ligaturae methodo.

I, Ligaturae methodus, quae tumoribus haemorrhoidalibus amovendis inservit, ex antiquissimis temporibus huc usque fere nihil mutata est. Circa tumoris basin ligatura posita, ut partis aegrotae mortificatio fiat, firmissime constringitur.

Celsus, ut ligatura tumores celerius amoverentur, cutem, quae tumorem tegebat, circa basin incidebat, atque in sulcu tali modo formato ligaturam ponebat.

Paulus de Aegina ligaturam non semel sed in dies, quoad nodus decideret, firmius constringi jubebat.

Petit cutem a tumore praeparabat; tum circa tumorem nudatum ligaturam ponebat, ut postea soluta illa cute uteretur vulneris tegumento.

B. Bell, quoties tumores latissima basi insidebant, per mediam basis partem acum cum duplici filo perducebat, perductum in utrumque latus constringebat.

Rousseau atque Chelius[4]), si tumores coronam formabant, ligatura hac ratione utebantur. Ex parte tumores interna, id est ex ano, acum cum filo duplici, quorum utrumque vario est colore, per basin perducebant, deinde $^2/_3$ digitos ab eo loco, quo in parte tumoris externa prodibat, iterum partem internam versus reducebant, laqueo quatuor digitos longo intra puncta exitus atque introitus fili relicto. Omni tumore tali modo circumito, laqueos alterius coloris parte externa, alterius coloris parte interna persecabant, persectos ligabant, quo fiebat, ut

1) Chassaignac. Traité de l'écrasement linéaire.
2) Journal general de Médicine Vol. 81.
3) Heckers Annalen 1829.
4) Chelius. Handbuch der Chirurgie, Bd. I. p. 1130.

omnes tumoris partes circumdarentur ligaturis, quae una cum tumoribus septimo aut octavo die decidere dicebantur.

II. Ligatura ad prolapsum ani sanandum a Copeland primo est adhibita. Ligaturam firmam circa parvam membranae mucosae partem, non juxta anum, sed paullum distantem eo loco, quo cutis cum membrana mucosa conjungitur, ponebat, ut inflammatione effecta membranae relaxatae coalescerent.

Rust eodem modo operationem, nec vero parvam partem ut Copeland sed $^2/_3$ partes prolapsus ligatura amovebat.

Chelius in ani quoque prolapsu rationem illam a Rousseau ad tumores haemorrhoidales amovendos commendatam adhibuit.

De excisionis methodo.

I. Excisio tumorum haemorrhoidalium sive scalpello sive forfice peragitur, attamen Dieffenbach forficem, quo tumores facilius et aequalius desecarentur scalpello potiorem existimavit.

Leonidas, Theden aliique tumores forcipe comprehensos in basi excidebant.

Dupuytren et Rust, quum hac ratione vulnus cum tanto substantiae detrimento conjunctum oreretur, ut non solum sanationis tempus traheretur, sed etiam magnae cicatrices, quae rectum angustius reddebant, formarentur, partem tantum tumoris desecabant, relicta autem parte vulneris tegumento utebantur.

Petit, cute a tumore praeparata, tumorem nudatum ad basin excidebat, quare factum est, ut tegumentum majus, quam opus erat, formatum difficillime cum vulnere coalesceret atque caussa fieret cystarum, in quibus aut sanguis, aut vulneris secretum aut pus se colligeret.

Omnes harum operationum rationes, si tumores extra anum exorti sunt, simplices et faciles apparent, difficillimae vero et periculosae in tumoribus internis evadunt, qui quum difficillime attingi, tum haemorrhagiae caussa esse possint, quae sanguine in rectum adscendente facile per tempus aliquod latere potest.

Boyer tumores, si in recti mucosa insidebant, ab aegroto protrudi jubebat, protrusos, ne ex operationis dolores retraherentur, filis in basi acu perductis figebat, tum uno filo capto tensoque tumorem scalpello exsecabat. Omnibus tumoribus hac ratione remotis penecillum, ne strictura recti existeret, in rectum inducebat, aut scalpello capitato sphincterum ani incidebat Haemorrhagiam ortam tampone inhibebat, qui quum non sufficeret, in vulnus, quod Dupuytren[1]) semper faciebat, ferrum candens applicabat.

1) Dupuytren. Leçons orales. Bruxelles 1839.

Dieffenbach[1]), ut haemorrhagiam vitaret, cum excisione suturam conjungebat, per tumorum protrusorum basin fila complura perducebat, deinde tumores forcipe comprehensos inter fila et forcipem desecabat, denique fila firmiter ligabat, ut vulnus sutura nodosa clauderetur.

Delpech[2]) per ani orificium, quod sphinctero os coccigis versus scisso latius reddiderat, pessarium usque supra tumores in rectum inducebat, inductum, ut tumores protruderet, detrahebat, protrusos desecabat, deinde vulnere linteola carpta tecto alterum inducebat pessarium, quod utrumque, ut partes vicinas comprimeret, inter se ligabat. Fuit fere nemo chirurgus, qui hanc rationem, quae aegrotum majoribus afficeret, quam opus erat, vulneribus, sequeretur.

Salmon, ut haemorrhagiam, quae post operationem oriri posset, semper ante oculos haberet, per eam recti partem, quae premendo protrusa erat, acus ad figendum aptas perducebat, quae, ne rectum operatione peracta retraheretur, impedirent, deinde forfice singulos desecabat tumores et sanguine ex hora non jam profluente acus amovebat. Hoc etiamsi fecerimus, semper tamen verendum est, ne haec denuo erumpat.

II. Excisio ad prolapsum ani sanadum variis rationibus peracta est, quarum gravissimae a Dupuytren et Dieffenbach exercebantur.

a) Excisio plicarum radiatarum[3]). Hey cutem circa anum prominentem excidebat, quam rationem Dupuytren ita mutavit, ut ad dextram et sinistram, aut ad anteriorem et posteriorem ani partem duas plicas volsella caperet, captas forfice desecabat, ut vulnera coronam radiatam circa anum formarent. Excisionem usque ad anum vel in ipsum rectum producebat, ut cicatricibus contractio quam maxima fiat. In prolapsibus levioribus duas vel tres plicas ab utraque parte excidere, excisionesque nonnulla millimetra producere sufficit, in gravioribus angeatur numerus plicarum et excisiones duodecim millimetra in rectum producantur. Dupuytren operatione facta omnino vulnus non oligabat. Velpeau in quodque vulnus linteola carpta immittebat, ut suppuratione excitata cicatrices firmiores haberet. Haec vero opinio hanc ob causam prorsus falsa est, quod quo perfectior prima reunio, quo artior cicatrix est, eo minus timendum est, ne prolapsus reverteretur.

Robert[4]), ut pro plicis triangulum, cujus basis ad ani orificium sita sit, excidatur proponit. Quae operatio illi, quam descripsi, non est praeferenda, quum sanatio per primam

---

1) Dieffenbach. Operative Chirurgie, Bd. II. p. 689.
2) Mémorial de la Clinique de Montpellier 1830.
3) Dupuytren. Leçons orales. Bruxelles 1839.
4) Mémoire de l'academie royale de médicine 1834, Tom. X. pag. 88.

reunionem sequi non possit, et aegrotum majore molestia afficiat.

b) Excisio cunei ex ani orificio [1]). Dieffenbach, methodum Dupuytrenii in levioribus tantum casibus successum habere ratus, orificium ani excidendis cuneis angustius reddere conatus est. Hoc enim modo egit. Prolapsu reposito, hamum acutum in orificium ani immisit, quem eo loco, ubi prolapsus est, per cutem et primas musculi sphincteri ani interni fibrillas perduxit, deinde hamo attracto ex orificio ani cuneum sex lineas longum excidit, cujus basis in ani orificium vergit. Latitudo cunei a magnitudine prolapsus suspensa est. Qui si totalis est, ab utroque latere orificii ani cuneus exciditur. Vulnera per suturam nodosam conjunguntur.

c) Excisio prolapsus ipsius. Sabatier, Heustis, Richter eminentem prolapsus partem forcipe comprehensam desecabant, reliquam prolapsus partem reponebant. Haemorrhagiam ortam seu tampone, seu ferro candenti cohibebant, vasa emicantia ligabant.

Brite, Riccord prolapsum totum, quantum infra orificium ani jacebat, desecabant, quae operatio, quotcunque bonos habuit eventus plane est rejicienda, quum semper timendum sit, ne rectum a cute solutum retrahatur, retractum haemorrhagiae caussa fiat, quam quemadmodum haud facile cohibere licet, ita frequenter mors potest assequi.

Salmon, ut haec pericula vitaret, illam quam supra commemoravimus cautelam recti acubus figendi adhibebat.

Dieffenbach [2]) cum excisione suturam conjunxit, atque operationem, quoties prolapsus partialis erat hac ratione peragebat. Aegrotum prolapsum quam maxime protrudere jubebat, per protrusae partis basin complura perducebat fila, tum prolapsum forcipe comprehendebat, comprehensum inter fila et forcipem desecabat, fila ipsa constringebat, ut vulnus sutura nodosa clauderetur. Parte opposita cuneum ex ani orificio excidebat, vulnus sutura nodosa claudebat. Si cutis eo loco, quo prolapsus situs erat, valde relaxata erat, cuneum juxta desectum prolapsum excidebat, ut et prolapsus et cunei vulnus sutum T. litterae formam et speciem referret. Prolapsum totalem non una operatione, sed variis temporibus triangulis excisis sanabat.

De methodo, écrasement linéaire appellata.[3])

Temporibus novissimis Chassaignac novam commendavit operationis methodum, quam ope instrumenti, quod écraseur

1) Dieffenbach. Operative Chirurgie, Bd. II.
2) Dieffenbach. Operative Chirurgie, Bd. II.
3) Chassaignac. Traité de l'écrasement linéaire, pag. 51 sq.

linéaire apellavit, peregit. Instrumentum, ad formam atque applicationem baculo ad ligandum a Graefe invento simillimum, magna celeritate atque vi partes molles catena metallica articulata amovet detritione, quare vulnera procreata contusa sunt, quae parvo tantum sanguinis effluxu conjuncta esse constant. Partes amovendae pedunculatae esse debent, sin latam habent basin, pedunculari eas oportet, quod in tumoribus haemorrhoidalibus et in prolapsu ani hac ratione peragitur: Aegroto, purgantiis nonnullis diebus ante operationem sumtis, chloroformii inhalatione consopito, index, qui latiorem gestat ansam in rectum introducitur, introducto tumores protruduntur, in protrusos qui in operatione assistit ansam ex indice, promovet, promotam constringit, quare sulcus, in quo instrumenti catena poni potest, oritur. Chassaignac ad tumores, qui coronam circa ani parietem formant, pedunculandos instrumento, l'érigne à six branches nominato utitur, quod in libro suo his verbis describit. „L'instrument se compose d'un canule renfermant dans son intérieure un tige, qui se divise à l'une de ses extrémités en six crochets convergents. Ces crochets tendent à se deployer et à sécarter les uns des autres, quand on fait sortir de l'intérieure de la canule l'extrémité de la tige porte-érigne. Si, au contraire, on retire vers l'intérieure de la canule l'extrémité de la tige les crochets sont ramenés les uns vers les autres et tendent à saisir solidement les objets reçus dans l'espéce d'infundibulum." Instrumento clauso in rectum usque ad tumores inducto, tubus retrahitur, ut hamuli discedentes in tumorem immittantur, in immissos tubus, quantum fieri potest, removetur, deinde instrumento educto circa coarctatos tumores ligatura facta catena ponitur, posita in omni centesima vicesima horae parte una dente torquetur, ut denique tumor omnis obteritur, sanguine e vulnere, quod contusum sit, non effluente. Post operationem penecillum oleo unctum in rectum introducitur Sanatio autem intra triginta usque ad quadraginta dies sequitur.

De cauterisationis methodo.

Cauterisatio tumorum haemorrhoidalium atque prolapsus ani sive cauterio potentiali sive cauterio actuali perficitur, quorum illud a Francogallis, hoc a Germanis inprimis laudatur.

De cauterio potentiali.

I. Cauterium potentiale recentioribus demum temporibus ad tumores haemorrhoidales delendos anno 1844 a Barthélemi et Houston[1]) commendatum est, quae methodus in Francogal-

1) Dublin Journal of medical science. Vol. XXIII. 1844.

ia inprimis usitata variis rationibus exculta est. Operationes primae plerumque cauteriis fluidis sunt factae, quae cauteria facillime partes vicinas laedebant. Quod ut evitaretur, variae operationis methodi prolatae sunt.

Bonnet[1]) sacculum tenuissimum pulvere pastae causticae Viennensis impletum in tumore ponebat, positum per quintamdecimam horae partem vim suam excercere voluit, deinde escharam ortam pasta zinci chlorati per duodecim horas tegebat. Utroque vero cauterio Bonnet usus est, quod zincum chloratum in cute incolumi adhibitum lentissime vim suam habere, pastam causticam Viennensem vero solam applicatam haemorrhagiam progignere existimabat. Quae quidem ratio, quamvis sit simplex, tamen eam, quod et multum temporis ad operationem opus est, et in tumoribus, qui in recto sedent, fere plane non adhibenda est, aliis rationibus cedere necesse fuit.

J. Z. Amussat[2]) proprium, volsellae simillimum invenit instrumentum, pince porte-caustique apellatum, quo tumorum basin comprimit, compressam cauterio afficit. Filius ejus instrumentum, quod nunc hac est instructum forma, emendavit[3]). Brachia duo curvata volsellae modo juncta in finibus inter se sejunctis sulcata tigna transversa, in quorum sulcum semicylindrus immitti potest, portant, in media brachiorum parte est cochlea, qua instrumentum claudi possit Semicylindri illi cauterio, quod ex duabus partibus Kali caustici, una parte calcariae vivae constat, impleti in tigna sulcata ita injiciuntur, ut latus apertum semicylindri tegatur pariete tigni. Instrumentum in basi tumoris applicatum cochlea leviter clauditur, tum semicylindrus illatus ita vertitur ut latus apertum unaque etiam cauterium tumoris basin tanget, quo facto instrumentum cochlea torquenda, quantum fieri potest, clauditur, claudendo tumoris basis comprimitur, compressa cauterio afficitur. Post quintam decimam horae partem instrumentum tumoribus incisis et sanguine vacuis factis, amovetur. Per operationem partes vicinae, ne cauterio laedantur, aqua conspergantur, post operationem tumoribus linteola carpta tectis et in rectum repositis, aegrotus in balneas movetur.

Valette ratione simillima usus, folia forficis, qui „Dupuytren'sches Enterotom" apellatur, zinco chlorato tegebat, tectis basin tumorum comprimebat, in compressos forficem per unum et dimidium diem jacere jubebat.

---

1) Mémoire sur la cauterisation. Gazette médical. Paris 1845.

2) Amussat J. Mémoire sur la destruction des Haemorrhoides internes par la cauterisation. Paris 1846.

3) Amussat A. De la cauterisation circulaire de la base des tumeurs hémorrh. 1854.

Jobert de Lamballe[1]) duo lamina semilunaria articulo inter se conjungebat, quod instrumentum, casuple hémorhoidaire appellatum, circa tumores posuit. Quo modo tumorem a partibus vicinis sejunctum cauterio tamdiu, quam ad tumores delendos opus erat, afficiebat.

II. Bonnet, Amussat pater et filius eadem qua descripsi ratione ani quoque prolapsum sanabant.

De cauterio actuali.

I. Cauterium actuale ab Hippocrate ad tumores haemorrhoidales amovendos usurpatum est, qui ferro candenti tumores ipsos delebat, aut calore, ut tumores corrugerentur, efficere volebat. Apud eum hanc operationis descriptionem invenimus[2]:) „Ferramenta septem octove parari jubeo, quae magnitudine palmam, et crassum specillum crassitudine aequant: extrema parte recurva et in summo oboli parvi forman lata. Post exhibitum pridie medicamentum purgans homo supinus reclinatur, pulvinoque lumbis supposito, sedes digitis quam maxime foras educitur, tum candentibus ferramentibus uruntur quod resiccentur.“ Altero hujus libri loco praescribit: „Cauterium parare oportet in modum arrudinis vallatoriae (phragmiten vocant) et in ipsum ferramentum probe congruens accommodare, deinde in sedem immissa fistula candens ferramentum in eam demittere creborque eximere, quo magis calorem tolleret, neque ulcus ex calore contrahat et venulae exsiccatae contabescant.“

Moreau operationem scalpello candenti peragebat.

Bégin[3]) tamponem magnum, quem filo aero, ne in cauterisatione combureretur, deligabat, in rectum inducebat, inductum aegroto quasi ad defaecationem premente detrahebat, quo tumores omnes protruderentur, protrusos ferro candenti delevit.

Boyer[4]) aegrotum tumores premendo ex ano protrudere jubebat, protrusos filo perducto figebat, in fixos aegroto chloroformii inhalatione sopito toties ferrum candens applicabat, quoties ad escharam siccam et crassam provocandam opus erat, tum clysmatis frigidis factis linteolam carptam cerato peruncta in rectum introducebat. Eschara die sexto plerumque soluta, suppuratione orta, sanatio die tricesimo usque ad quadragesimum ad finem perducebatur.

Langenbeck[5]) prioribus temporibus methodo excisionis, qua ratione Dieffenbah usus est, sed exitu interdum infausto

---

1) Gazette des hôpitaux 1853. Nr. 116.
2) Hippocrates. De Haemorrhoidibus.
3) Malgaigne. Manuel de médicicine opératoire. Paris 1853.
4) Boyer. A. Traité des maladies chirurgicales par Ph. Boger. Paris 1848.
5) Droisen. Dissert. Ferrum candens ad sanandas teleang: haemorrh. Berol. 1856.

edoctus anno 1852 ferrum candens ad tumores amovendos adhibere constituit. Qua in operatione ne partes vicinas laederet, forcipem, quam „Blattzange" appellabat, construi curavit. Forceps simillima magno forfici est, cujus brachia in folia lata exeunt, cujus in manubrio hamus ad brachia firmius claudenda infixus est. Operatio hoc modo instituitur: Aegroto chloroformii inhalatione consopito, tumor instrumento, cui „pince à crémaillère" nomen est, quam maxime protractus forcipe foliata ad basin comprehenditur, comprehensus, forcipe hamo clausa, ferro candenti afficitur. Omnibus tumoribus hac ratione amotis, penecillum oleo unctum introducitur atque epithemata glacialia imponuntur. Eschara plerumque die sexto soluta, suppuratione orta, sanatio die 35—40 perfecta esse solet.

II. Cauterium actuale ad sanandum prolapsus ani Leonidas, Aetius, Marcus Aurelius Severinus adhibuerunt, qui ferro candenti variis intervallis in recti mucosa adhibito, inflammatione effecta, id egerunt, ut tonus mucosae augeretur, membrana relaxata conglutinarentur, mucosa cicatricibus brevior evaderet.

Philips[1]) eodem modo, quo Dupuytren scalpello, usus est ferro candenti, quo lineas radiatas circa anum trahebat, ita quidem, ut membranam mucosam, si prolapsus levior erat, non laederet, hic autem quum gravior erat, lineas in mucosam quoque perducebat. Cicatrices tantam ani contractionem procreasse dicuntur, ut prolapsus non rediret.

Dieffenbach[2]) circa anum, ubi rectum cum cute conjuncta est, ferro candenti annulum inurebat, quae ratio tantam ani contractionem efficiebat, ut rectum retineretur neque prolaberetur.

De methodo galvanocaustica.

John Marschall[3]) primus filo metallico, quod electricitate candens reddiderat, tumores haemorrhoidales amovit.

Middeldorpf aegrotos, quum fere omnes, in quibus operationem ope Galvanocausticae peregit, negarent, permagnas sese habuisse dolores, chloroformii inhalatione non consopit. Operatio plerumque instrumento, cui „Porzellanbrenner" nomen est, rarissime et tum solum quum partes degeneratae amovendae sunt, ligatura candenti perficitur. Aegrotus, in latere pedibus adductis positus, premendo tumores aut prolapsum protrudere jubetur; qui vero chirurgum adjuvat, is nates alteram ex altera amovet, tum in tota tumoris superficie instrumentum

1) Journal von Graefe und Walther Bd. 20.
2) Dieffenbach. Operative Cchirurgie Bd. II.
3) Erlanger med. Neuigkeiten 1851. Nr. 32.

illud, quod Porzellanbrenner appellatur, applicatur. Calore interdum vasa singula rupta parvam efficiunt haemorrhagiam, quae vero statim desinit. Si musculus sphincter ani relaxatus magnum procreat prolapsum, ille quoque cauterio afficiendus est. Escharae linteis in oleo unctis teguntnr. Saepe partes ustae tumescentes aegrotos ad defaecationem cogunt, quare, ut rectum prolabatur, efficitur, quod qunm impediri non possit, prolapsum in sphinctero recti, dummodo caveamus, ne in gangraenam compressione transeat, jacere pati possumus, sponte enim post singulos dies in pelvis cavum retrahitur.

Prolapsus infantum ita sanatur, ut repositione facta quatuor puncta in crucis formam eo loco, quo cutis in mucosam transit, inuruntur, casibus gravioribus annulus circa anum inuritur. Eschara linteola carpta globata tegitur, supra tectam nates contrahuntur, contracti emplastro adhaesivo adfiguntur. In insequenti defaecatione, ne rectum prolabatur, in utroque ani latere digiti ponendi sunt, ut hoc modo nisus in adversum procreatur. Aegroti suppuratione superficiali orta inter diem quintumdecimum et tricesimum partim recti musculorum tono aucto, partim membrana mucosa cum tela cellulosa coalescente et cicatricibus contracta sanati sunt.

Exitum hujus operntionis methodi faustissimum esse, hae morborum historiae doceant.

Operationum Tabula.

Nr.	Nomen	Aetas	Morbus	Operatio	Reactio	Sanatio
1	Rosalie G.	ann. 37	Pars circa anum est degenerata. Sphincter ani est deletus. Orificium ani tres digitos patet Rectum ulceribus et nodis tectum valde prolapsus est.	Die 23. m. Junii 54 partes degeneratae Galvanocanterio desecantur. In prolapsu „Porcellanbrenner" applicatur, quae cauterisatio die 17. m. Julii iteratur.	Febris levis. Dolores fere nulli.	Die 13 m. Novembris orificium ani unum digitum patet, prolapsus evanuit neque rediit.
2	Rosalie S.	ann. 75	Sex tumores haemorrhoidales, qui neuralgiam ani excitant.	Die 27 m. Julii 54 unus tumor galvanocauterio deletur.	Febris nulla. Dolores parvi.	Die 14 m. Julii tumor cauterisatus et neuralgia evanuit.

Nr.	Nomen	Aetas	Morbus	Operatio	Reactio	Sanatio
3	Amalie S.	ann. $1\frac{3}{4}$	Prolapsus juglandis magnitudine.	Die 27 m. Jan. 55. Quatuor puncta in crucis forma circa anum inuruntur. (Porcellanbrenner.)	Febris deest.	Die 20 m. Feb.
4	Louise N.	ann. 3	itidem	itidem	Eeodem die succubuit peritonitidi ortae, ut sectio docuit, ex perforatione recti ulceris, quod in superiore parte recti sedebat, quo cauterium non venerat.	
5	Maria Korb	ann. $2\frac{1}{2}$	itidem	Die 13. m. Februarii 55 itidem	Febris deest	Die 20 m. Feb.
6	Anna Simon	ann. $2\frac{1}{4}$	itidem	Die 7 m. Julii 55 itidem	itidem	Die 21 m. Julii.
7	Emma Loewer	ann. 3	itidem	Die 17 m. Jan. 56 itidem	itidem	Die 26 m. Jan.
8	Georg Klebe	ann. $3\frac{1}{4}$	itidem	Die 21 m. Fbr. 56	itidem	Die 29 m. Feb.
9	Johanna Buttermilch	ann. 17	Prolapsus ani duos digitos longus.	Die 6 m. Mai 56. Annulus circa anum, complures lineae in prolapsu inuruntur (Porcellanbrenner.)	Febris et dolores modici.	Die 19 m. Mai. Prolapsus non rediit.
10	Gustav Kilian	ann. 3	itidem ut Nr. 3	Die 25 Nov. 56 itidem ut Nr. 3	Febris nulla.	Die 12 m. Dec.
11	Magdalene Petri	ann. 2	itidem	Die 25 m. Apr. 57 i tide	itidem	Die 1 m. Mai.
12	Jos. Krimilowsky	ann. 57	Tumores haemorrhoidales cum prolapsu ani conjuncti.	Die 27 m. Junii 57. In tumores et prolapsum applicatur „Porcellanbrenner.“	Febris et dolores leves.	Die 12 m. Julii. Prolapsus usque ad hodienum diem non rediit.

Nr.	Nomen	Aetas	Morbus	Operatio	Reactio	Sanatio
13	R.	ann.56	Tumores haemorrhoidales, quorum duo degeneratae sunt, cum prolapsu ani.	Die 20 m. Junii 58 tumores degenerati ligatura candenti amoventur, reliqui et prolapsus ut Nr. 12 curantur.	itidem	Die 4 m. Julii.
14	Karl Z.	ann.26	itidem ut Nr. 12	Die 25. Junii 58 itidem ut Nr. 12	itidem Die 13 m. Julii gravi diarrhoea orta, prolapsus non redit.	Die 14 m. Julii
15	H. v. M.	ann.40	itidem	Die 23 m. Julii 58 itidem	itidem	Die 23 m. Aug
16	L.	ann.34	itidem	Die 24 m. Aug. 58 itidem	itidem	Die 11 m. Sept
17	Fr. B.	ann.33	itidem	Die 19 m. Nov. itidem	itidem	Die 13 m. Dec
18	K.	ann.59	itidem	Die 7 m. Decbr. itidem	itidem	Die 16 m. Dec
19	H.	ann.67	Tumores haemorrhoidales cum prolapsu ingenti qui jam 15 annos constet.	Die 15. Jan. 59 23. Febr. 18. Martii itidem	itidem	Die 28 m. Martii.
20	Anna T.	ann.40	Prolapsus ani duos digitos longus.	Die 7 m. Februarii itidem	itidem	Die 28 m. Febr.
21	M.	ann.47	Tumores haemorrhoidales cum prolapsu ani.	Die 4 m. Aprilis.	itidem	Die 16 m. Aprilis.

Caput II.

Variae operationum methodi inter se comparentur.

Experientia sola in chirurgia nos commoda alicujus ope-ationis methodi docere potest, quum multa a priori utilia ha-eantur, quae a posteriori inopportuna se praebent. Attamen, l, quod dicitur: „post hoc ergo propter hoc" his in rebus va-re, contendere nolim, quia exitus operationis saepissime non olum ex ipsa operatione, sed etiam ex aegroti habitu aliisque aussis exoriuntur. Quodsi de successu diversarum methodo-um bene judicare velis, non modo numerandae sunt experien-ae collectae, sed perpendendae sunt, in qua elementaria ope-tione methodus posita sit, considerare necesse est. Omnibus is rebus sine ira et studio dijudicatis, ad vera et firma perve-imus judicia.

Quem diversae methodi habeant successum.

Usque ad tempora novissima operatio tumorum haemorr-idalium et prolapsus ani periculosissima habita est, quia cul-o tantum et ligatura perficeretur, nam excisionem crebra san-uinis profluvia, ligaturam phlebitis et pyaemia sequebantur.

Dupuytren in ducentis aegrotis, apud quos operationem ultro fecerat, fere semper ferrum candens adhibere coactus t, ut profluviis sanguinis, quae sequebantur, subveniret.

Astley Cooper[1]) tres aegrotos, nimio sanguine emisso, esse ortuos tradidit.

Langenbeck[2]) prioribus annis methodo, quam Dieffenbach venit, in triginta tribus aegrotis usus. Quamquam sutura erat osita, tamen haemorhagiae vitari non potuerunt. Tres aegroti yaemia subierunt.

Chirurgi, qui ad operationes perficiendas cauterium adhi-ebant, semper fere optatam consecuti sunt finem. Barthelemi, mussat pater et filius, Jobert cauterio potentiali optimo cum

1) Astley Cooper. Vorlesungen über Chierurgie. B. I.
2) Droisen. Dess-cit.
3) L'Union. 1853. 128.

successu usi sunt, nunquam sanguinis profluvium exortum est sanatio celeriter processit, attamen duo exempla Roux[1]) tradidit, in quibus pyaemiae symptomata apparebant.

Ferri candentis usus neque haemorrhagiae neque pyaemiae unquam caussa fuit. Arthaud quator operationes a Nélaton optimo eventu factas describit, Beauvais, Philippum Boyer triginta quinque operationes peregisse tradidit, quarum triginta tres bene cedebant, duo vero aegroti sunt mortui, quorum alter morbo succubuit, qui cum operatione non cohaerebat, alter viribus exhaustis atque anaemia, quae prioribus temporibus, nimia sanguinis copia amissa, orta erat[2]). Langenbeck usque ad annum 1856 viginti sex operationes peregisse Dr. Fock describit[3]), quarum omnium eventus faustissimus fuit. Middeldorpf, quod tabula supra posita docet, viginti et unam operationes peregit, quibus, infante uno excepto, omnes pristinam recuperabant valetudinem; infans vero ille non ex operatione, sed ex peritonitidi, quae perforatione ulceris in superiore recti parte sedentis orta erat, mortuus est. Chassaignac ipse[4]), qui methodum suam ceteris omnibus praeferendam esse judicat, se in quatuordecim aegrotis optimo cum exitu ferrum candens adhibuisse, concedit: „J'ai plus fait usage, tout en ville qu'à l'hôpital du cautaire actuel, que de caustique et je possède quatorze observations, où l'on voit que la déstruction des tumeurs haemorrhoidales, dont quelques unes sont énormes, à été fait par le fer rouge avec succès. Je déclare pour mon compte, qu'il ne m'est pas encore arrivé d'en perdre un seul à la suite de la cauterisation.“ Haec de ferro candenti, transeamus ad methodum, quam ipse nobis commendat. Inter unum et viginti aegrotos, quos usque ad annum 1856 Chassaignac operationis sua methodo curaverat, unus pyaemia mortuus est. Quem malum eventum in opere[5]), quod anno 1858 ediderat, non commemorat, ubi dicit: Sur le chiffre de quarante sept malades opérés depuis le premier jan. 1855, je n'en ai perdu un seul; et j'ai établis la preuve de mes assertions sur des observations autentiques. Quum vero casus adversos dissimulando obtegit, tum facillime eum comprobare licebit, suam operationis methodum ante omnes methodos ceteras elucere.

De vi, quam quaeque operatio in nervorum systema exceroeat.

Metus atque terror ante operationem praeoccupatus, dolores in ipsa operatione suscepti, excitatio nervosa operatio-

1) L'Union 1853, 128.
2) Revue medico-chirurgicale 1855, T. XVII. pag. 96, 111.
3) Deutsche Klinik 1856, Nro. 31.
4) Traite de l'écrasement linéaire, Paris 1856.
5) Leçons sur le traitement de tumeurs hémorrhoidales, Paris 1858.

em insecuta caussae fuerunt, cur ferrum candens prioribus mporibus et ab aegrotis et a chirurgo evitarentur, culter et gatura anteponerentur. Sed postquam chloroformii vis narotica adhiberi coepta est, incommoda, quae a metu et doloriıs proficiscebantur plane sunt sublata, quare jure Bouisson ixit:[1]) „Remarquons l'immense progrès, que la méthode anesıésique a imprimé à la pyrotechnie chirurgicale. L'action du u, si redoutée des malades et dont l'emploi abusif peut-être, fait blamer le pratique de certains opérateurs, pourra desorais reprendre dans la thérapeutique une place, qu'on lui constait, sous le pretente que le reméde était pire que le mal. ujourd'hui ce reproche majeur cesse être fondé et l'ustion de ssus sera appliquée avec moins d'hésitation et plus de pro:." Sed ferri candentis adversarii, in certis quibusdam mors, velut in cordis vitiis et in anaemia, quae saepissime cum moribus haemorrhoidalibus complicata esset, chloroformii ıhalationem contraindicatam esse, contendunt. Sit ita. At ero nonne apud eos, qui anaemia affecti sunt, operatio omno contraindicata est? Num tempus ita nos premit, ut ante perationem aegrotum corroborare non possimus? Sed etiamsi oncedamus, nos chloroformium adhibere nec posse, nec velle, tota operatio post aegroti tergum perficitur, ut adspectus rri candentis aegrotum perterrere nequeat; praeterea omnia, uae in ferri candentis usu terrebant et angebant, galvanocauica inventa evanuerunt, quod quidem Middeldorpf in opere ıo luculentissime describit:[2]) „Während wir früher, um recht ohe Temperaturgrade gebrauchen zu können, mit funkenprühenden Glüheisen in einer rauchenden Cyclopenschmiede om ächtzenden Blasebalge erhitzt, auf den zitternden Kranken ıstürzten, haben wir jetzt feine, elegante, schlanke Werkeuge, die in die feinsteu Oeffnungen eindringen können, nirends aber Gluth, nirgends Angst und Schrecken Der Kranke int und fürchtet nichts." Maximo igitur jure contendere posımus subtilia atque elegantia galvanocausticae instrumenta groto minus terrebilia videri, quam et cultrum et instrumenm a Chassaignac inventum et ferrum candens, ea porro mins molesta esse quam ligaturam, quippe quam per dies aegros gestare coactus sit.

Quod vero adhibito ferro candenti dolores majores acerores que quam in aliis operationibus exoriri contendunt, id ane denegandum esse arbitror, dummodo illud satis caute lhibeatur, dummodo partes sanae non laedantur, dummodo

1) Bouisson. Traité theoriqué et pratique de la méthode anesthésique. ris 1850, pag. 157.
2) Middeldorpf. Die Galvanocaustic. Breslau 1854.

denique illud candido colore ardeat, quibus omnibus conditionibus galvanocaustica praeclare satisfacit. Calorem enim efficere possumus, qui ferri candentis calorem longe superat, neque calor inter usum diminuitur, quum quasi fontem caloris in se ipso habeat. Omnia autem haec subtilissimis perficiuntur instrumentis, quorum effectus exiguis illis, quibus par est terminis, circumscribatur. Calores vero summos et continentes dolorem non ita vehementem efficere, Dupuytren docet, qui narrat:[1]) „Ein junger Mensch setzte in einer Schmelzhütte seinen Fuss in die Rinne, durch welche das geschmolzene Metall abfliessen sollte, ohne ihn beim Oeffnen des Ofens herauszuziehen. Der glühende Strom traf seinen Fuss und den untern Theil des Unterschenkels, die als ein verkohltes Stück darin zurückblieben, als er durch einen keineswegs heftigen Schmerz aufmerksam gemacht, das verstümmelte Bein zurückzog." Ceterum vero dolorum vehementia constitui posse, quae tandem operationis methodus adhiberi debeat, nego. Quamquam chirurgi est, quam maxime extenuare dolores, tamen res, de quibus infra agemus, majoris sunt momenti.

Magna nervorum reactio, dolores scilicet vehementes, febris acris, deliria ferro candenti adhibito post operationem oriri dicuntur. Sed antequam de hac re disputemus, ad illud nobis vocandum esse videtur, ipsa nervosa symptomata magis ab aegroti habitu, quam ab operationis methodo proficisci. haemorrhoides et prolapsum ani saepissime hypochondriae et hysteriae caussas esse, quam utramque vehementum nervorum reactionem provocare posse, manifesto apparet. Chassaignac quo magis instrumentum suum commendaret, ferrum candens illo quoque affecit opprobrio, nec tamen facta ad sententiam suam firmandam attulit. Statisticam vero si accuratius comparaveris, Chassaignac rem plane contrarie se habere evincitur. Historiae morbi, quae mihi sunt propositae ad aegrotos quos Langenbeck, Middeldorpf, Chassaignac curaverunt, pertinent. In viginti sex casibus Langenbeck semel febrem vehementem, ter dolores acerbos, bis excitationem nervosam observavit, Middeldorpfio talia observandi nunquam data est occasio, Chassaignac ter febrim vehementem, decies acres dolores, quater excitationem nervosam vidit, numerus vero aegrotorum, quos Middeldorpf et Chassaignac curaverant, fuit viginti et unus.

1) Bardeleben-Vidal. Lehrb. d. Chirurgie u. Operationslehre. B. p. 467.

Propositio statistica igitar haec erit:

	Ferrum candens		Ecraseúr lineaire
Febris vehemens	7	:	46 (36)
Acres dolores	2	:	15 (12)
Excitatio nervosa	5	:	23 (18)

Quamvis dimidium operationum numerum, quas Middel-rf perfecit, minoris momenti fuisse concedamus, tamen etiam rri candentis applicatio, ut numeri lunulis circumscripti do-nt, multo saepius, quam instrumenti écraseur linéraire dicti, icem habuit decursum.

De vi, qnam operatio quaeque in vasorum systema exerceat.

In haemorrhagia summum est positum periculum, quod groto in operatione ipsa et post operationem imminere potest primis eam ob causam, quod, ut a chirurgo haemorrhagia n animadvertatur, fieri potest et a vulnere parvo interdum oficisci potest lethalis sanguinis profluxus; quam ob rem a gno chirurgorum numero tum antea tum adhuc ligatura ce-ris operationis methodis sine nlla dubitatione anteponitur. rte ligatura prohibetur, quominus haemorrhagia existat, sed ia provocat pericula, quae haemorrhagiae aequant, phlebiti-m et pyaemiam dico. Quare numerus pariter magnus chirur-rum ligaturam improbaverunt, cultro postposuerunt et ad emorrhagias sedandas tampone, sutura, ferro caudenti ute-ntur. Tampones vero aegrotum valde molestant, saepe eos asi ad defaecationem sese accinger ecogunt, ut congestiones re-um versus exoriantur, quibus haemorrhagiae facile existunt. essio saepe ita violenta fit, ut tampo aegroto invito expellatur. aeterea singuli casus observati sunt, in quibus tampone hae-orrhagia non modo non sedata est, sed, quum sanguinis super mponem in recto accumularetur, diu latebat. Multo melius s procedere solebat, si sutura post excisionem vulnus claudi-r, tamen Langenbeck hac quoque cautela usus haemorrha-as oriri observavit Dupuytren, qui saepissime cultrum ad-bebat, ferri candentis applicatione sola post excisionem in lnere facta haemorrhagias evitari censuit. Si igitur ferrum ndens, ut optimum plerisque in casibus praesidium haemor-agiae insequentis probatum est, quidni tota operatio ejus e perficitur?

Ii, qui ferrum candens contemnunt imprimis Chassaignac, emorrhagias escharis solutis exoriri solere dixerunt. Falsum c est Neque Langenbeck, neque Middeldorpf ferro candenti plicato haemorrhagiam memoratu dignam unquam observa-runt, ter apud 47 aegrotus viderunt haemorrhagiam, quae, um aegroti ad defaecationem perficiendam nimis premerent, ta sponte statim consistebat. Chassaignac quoque apud ae-

grotos suos haemorrhagiam se observasse concedit, sed non operationem, sed celeriorem operationis perfectionem, perpetuam aegrotorum pressionem, teleangiectasias majores caussam fuisse arbitratur. Teleangiectasiae nonne semper in haemorrhoïdibus adsunt? Tarda vero instrumenti ejus applicatione haemorrhagias item non caveri, ex operatione, quam a Linharc factam esse Streubel [1]) narrat, satis luculenter elucet. Linharc in prolapsus ani operatione, quamquum in singula quaque cententisma vicesima horae parte catenam detrahebat, tamen tantam haemorrhagiam die secundo et quarto et octavo exortam videbat, ut tampone cum ferro chlorato in rectum inducere cogeretur. Talia post post ferri candentis usum nunquam animadversa sunt. Attamen Chassaignac in comparatione suae methodi cum ceteris instituta a vero saepe abit, quod argumentis non allatis vituperat alia, quod suae methodi incommoda quae ceteris opprobrio faciat, excusare et obtegere studet.

Inde ab antiquissimis vero temporibus ferrum candens gravissimum, singulis in casibus unicam, quo uti possimus, stipticum se praestitit, galvanocaustica ad summam claritatem provectum est, neque hanc gloriam Chassaignac unquam ei derogare poterit.

De vi, quam quaeque operatio in vicinas partes et organa exerceat.

Animus chirurgi intrepidus atque sui ipsius fides magnopere ea re augetur, quod per operationem perficiendam semper scit, quibus in partibus singulis operet. Haec est res, quae omni tempore cultro in armamentario chirurgico primum ferro candenti ultimum tribuit locum. Jure igitur iis, qui ad tumores haemorrhoidales et prolapsum ani sanandum ferrum candens adhiberi voluerunt, oppositum est, angustiorem esse locum quam ut nates et rectum contra calorem ferri candentis radiantem defendi possent, deinde formam instrumenti longam et deformem chirurgo sensum demere, quam profunde in partem aegrotam intravisset. Hoc opprobrium Langenbeck magna ex parte forcipe foliata sustulit, quae partem amovendam a partibus sanis secernit, textum vicinum brachiis latis a calore ferri candentis radiante defendit. Qua forcipis ope ferrum candens aequali subtilitate, ac ligaturam et instrumentum „écraseur linéaire“ appellatum adhibere possumus, nam in omnibus hisce tribus rationibus partem aegrotam fine externa determinatam amovemus, neque respicere possumus, num majorem, quam opus sit, partem sanam una auferamus. Hac quoque re eluce culter, quo qualis sit forma partis aegrotae, eam ex certis fini

---

1) Schmidts Jahrbücher. 1858, Heft 10.

bus exsecare possimus; cultrum vero galvanocauterium solum magna ex parte adaequat, quo viam acurate definitam munire cautissime in profundas partes intrare possimus, neque timere debemus, ne calor radians operatione lenta partes vicinas destruat, quum digiti pressu omni momento instrumentum refrigerare et candefacere possimus, quum praeterea, quoniam instrumentum non magnum est, parva caloris copia adsit, cujus vis permagna et semper aequalis est. Accedit, quod instrumentum frigidum ad operationis locum affere possumus, neque candens praeter nates traducimus, sed suo loco candefacimus.

Omnia haecce galvanocauterii commoda, excepta secandi facultate, etiam instrumenta, quae appellantur „Porzellanbrenner, Kuppelbrenner,“ habent iisque ferri candentis loco optimo eventu utemur in tumorum haemorrhoidalium et prolapsus ani operationibus. Si igitur Chassaignac, qui certe Langenbeckii rationem nec non Middeldorpfii methodum haud ignoravit, haec approbria denuo movet, fieri non potest, quin dicamus, eum omnia conari ad methodum suam ceteris anteponendam. Nam neque haec defendi possunt, neque approbria illa, ferro candenti adhibito persaepe dysuriam, retentionem urinae, intumescentiam glanduarum inguinalium sequi.

Dysuria et urinae retentio in quaque operationis methodo tumorum haemorrhoidalium et prolapsus ani animadversae sunt, quae symptomata et cultro, et ligatura et ferro candenti adhibito exorta in usu quoque instrumenti „écraseur lineaire“ appellati apparere ex historiis morbi, a Chassaignac in libro suo commemoratis et e cautelis, quibus Chassignac in quaque operatione utitur, elucet. Dicit enim [1]) „Chez tous les sujets, qui doivent être soumis à l'ablation de tumeurs hémorrhoidales, il importe de recouvir à un cathéderisme urétral préalable; cela dans le double but d'une exploration et d'une préparation utiles pour les cas où le cathéderisme viendrait à être indespensable plus tard.“

Quid denique dicam de opprobrio, applicationem ferri candentis intumescentiam et inflammationem glandularum inguinalium subsequi solere. Neque Middeldorpf, neque Langenbeck, ne Chassaignac quidem illud, ut mihi videtur, unquam observavit, sin re vera affectionem vidit, persuasum mihi est, illum operatione effectum esse morbum putasse, qui una cum operatione inciderit.

Qui quamque operationis methodum sequatur decursus atque sanatio.

Nulla tumorum haemorrhoidalium et prolapsus ani operatione, ut sanatio per primam intentionem efficiatur, assequimur.

1) Chassaignac. op. cit. pag. 129.

Quum ad vulnus reuniendum semper suppuratione opus sit, plerumque dies decem usque ad sexaginta praeterire solent, qua in re nullam praeferendam esse methodum, arbitror. Chassaignac quidem usum sui instrumenti celerem secutam esse sanationem et aegrotos tres dies post operationem e cura demissos esse affirmat, quod quidem credo, sed dubito, num vulnus illorum cicatricibus jam clausum fuerit, praeterea in operationibus ipsius aegroti singuli post sexaginta dies demum ad perfectam sanationem pervenerunt. Ut etiam concedamus vulnera instrumento ejus provocata celerius sanari, optandum quidem hoc sed minoris momenti est, quam res aliae. Dijudicandum imprimis est, qua operationes methodo plerumque quantum experientia edocti scimus, phlebitidis et pyaemiae pericula evitentur, nam et aegrotus et chirurgus libentissime sanatione accelerata carebit, dummodo ne ignoret, vitae periculum operatione vitari.

Sin, quae experientia hac de re nos docuerit, perscrutamur, de variis operationis methodis in hanc sententiam adducimur.

Ligatura, quamquam a tot et tam insignibus chirurgis commendata est, ante ceteras methodos pyaemiae pericula affert, quum gangraena partis deligatae facillime ulcerationis latae extensae caussa fiat et corpus materiam purulentam per tempus gestare cogatur. Deinde ligatura non solum vasa partis aegrotae sed etiam sanae valde comprimuntur, qua ex re, phlebitidem facile exoriri, intelligitur.

Instrumentum, cui „ècraseur linéaire" nomen est, effectus ligatura simillimum statim quidem partes aegrotas a corpore sejungit, sed vasorum conquassationem, qua phlebitidem facillime exoriri, scimus, non prohibet. Ita profecto, post operationem pyaemiam ortam esse, constat, ut Chassaignac ipsi evenit[1]).

Cultro pyaemiae pericula non evitari, in nosocomiis quotidie animadvertere possumus. Quod vero ad nostram attinet operationem, Langenbeck ex triginta tribus aegrotis, quos cultri ope curaverat, unum pyaemia subiisse tradidit[2]).

Cauterio potentiali adhibito, auctore Roux, duobus in casibus mors aegrotorum ex pyaemia secuta est[3]).

Ferrum candens solum, quotcunque operationes Boyer, Nelaton, Langenbeck, Middeldorpf adhuc perfecerunt, nunquam phlebitidis et pyaemiae caussae fuerunt, et quamquam contendere nec volumus nec possumus ferrum candens prohibere, quominus pyaemia oriatur, tamen dicere possumus: adhuc ferro

1) Chassaignac. op cit.
2) Droisen. Diss. cit.
3) L'Union. 1853. 128.

candenti ad sanandas tumores haemorrhoidales et prolapsum ani adhibito, quantum scimus, pyaemia non est observata. Quae res sola ad ferrum candens, vel potius methodum galvanocausticam ceteris methodis praeferendam sufficit.

Bonnet et Rey[1]) permultis experimentis in bestiis institutis intellexerunt, ex vulneribus cultro provocatis multo saepius erysypelas, phlebitidem, pyaemiam proficisci, quam ex vulneribus ustis, quae quidem inflammationem vehementem sed terminatam et localem efficiant.

De recti atque ani strictura, quae ex variis operationis methodus oriatur.

Periculum summum ex operatione in canalibus vel in eorum orificiis peracta, si vulnera prima intentione non sanantur, oritur, quum majore substantiae defectu cicatrices formentur, quibus stricturae facillime effici possunt. Quare semper chirurgi est, illum defectum quam minimum reddere. Quod quum vero optime cultro peragi posse eluceat, tamen hic aeque ac ligatura e caussis supra commemoratis nostris temporibus rarissime adhibentur, saepissime vero ferrum candens et instrumentum „écraseur linéaire“ appellatum quod utrumque jam inter se nobis est comparendum.

Saepe post applicationem ferri candentis, Chassaignac dicit, stricturam insanabilem recti et orificii ani oriri. Quod quidem, si ita se haberet, magni esset momenti atque ferrum candens plane esse rejeciendum putarem. Bathèlemy quoque et Jobert[2]) ferro candenti hoc exprobrant sed, ut ego puto, nullo jure. Barthèlemy per decem annos, Chassaignac in quatuordecim casibus ferrum candens adhibuit, sed neuter unquam stricturam animadvertit, idem Jobert confitetur de suis operationibus, sed apud duos homines, qui ferro candenti operati fuisse dicuntur, stricturam se vidisse affirmat. Dubitare non possumus, quin ferro candenti in recto ita agitari possit, ut non solum strictura sed etiam atresia oriatur, sed tum ferrum candens' non lege artis adhibitum est, opprobrium non methodo sed chirurgo faciendum est. Ferrum candens, si caute ratione Langenbekii aut Middeldorpfii adhibetur, nunquam, ut etiam experientia docuit, stricturas efficiet, quum tumores haemorrhoidales usque ad superficiem mucosae tantum illi deleant, prolapsus superficiem tantum cauterio afficiant, ut nunquam substantiae defectus recti oriatur. Num illud, quantacumque cautela est in usu instrumenti illius, quod appellatur, écraseur linéaire, adipisci possimus, dubito. Causa in instrumento ipso

---

1) Gazette medicale de Lyon. 1855.
2) Gazette des Hôpxtaux 1853.

est posita. Si enim catenam duarum linearum latam, qua dimensione opus est, ne catena in operatione ipsa fragatur, ad operationem perficiedem adhibemus, semper tantus substantiae defectus efficitur, ut ex cicatricum contractione strictura proficiscatur. Itaque Chasaignac ipsi evenit, ut sua methodo ad tumores haemorrhoidales sanandos usus per tres menses cum strictura ani luctari cogeretur. Linhard quoque, quum hac methodo nisus prolapsus ani operationem peregisset, tantam stricturam exoriri vidisse, Streubel tradit, ut cathedero tantum in rectum intrare posset[1]) Haud scio, quid dicam de illius scriptoris judicio, qui, quanquam de tali nuntiat eventu, tamen methodum commendat. Attamen Germanorum est negligere sua, aliena efferre.

Omnia, quae de variis operationis methodis diximus, quum colligamus, ad has conclusiones nos pervenisse putamus: In tumorum haemorrhoidalium et prolapsus ani operatione.

1. Haemorrhagia cultri usu facillime oritur, evitatur ligatura, insrumento „écraseur linéaire“ appellato et ferro candenti.

2. Pyaemia saepe e ligatura proficiscitur, rarius e cultro et ex instrumento „écraseur linéaire“ appellato, adhuc ferro candenti adhibito nondum est observata.

3. Stricturae ligatura et instrumento, cui „écraseur linéaire“ nomen est, interdum oriuntur, nunquam cultro et ferro candenti.

4. Galvanocaustica ferri candentis commoda habet, caret incommodis.

1) Schmidt's Jahrbücher 1858 Heft 10.

Vita.

Natus sum Guilelmus Samter, fidei veteri addictus, die XIII. mensis Decembris anno h. s. XXXV. Buk, oppido magni ducatus Posnaniensis, patre Ephraim Meyer, matre Friederika› e gente Sternberg, quos ut deus per longum adhuc tempus incolumes mihi servet, in dies oro atque precor. Primis litterarum elementis imbutus adii gymnasium Posnaniense, quod tum sub auspiciis viri celeb Kiessling, tum directore celeb. Heydeman florebat. Vere deinde anni h. s LV. testimonio maturitatis instructus hanc almam litterarum Universitatem Viadrinam petii et ab ill. Braniss illo tempore fasces academicos tenente civium academicorum numero adscriptus apud beat. Henschel tum gratiosi medicorum ordinis Decanum maxime spectabilem nomen dedi.

Per quadriennium discerentes audivi viros Ill. Cel. Exp. Aubert, Barkow Benedict, Betschler, Braniss, Burchard, Cohn, Cohn, Frankenheim, Frehrichs, Goeppert, beat. Gravenhorst, Grosser, beat. Henschel, Loewig, Middeldorpf, beat. Nega, Paul, Reichert, Roemer, Rühle.

In exercitalionibus anatomicis Ill. Barkow, in clinico et policlinico obstetrico Ill. Betschler, in clinico et policlinico medico Ill. Frerichs, in clinico et policlinico chirurgico-ophthalmiatrico Ill. Middeldorpf duces mihi fuerunt benevolentissimi et excellentissimi.

In excercitationibus clinicis et policlinis benignienissime me adjuverunt Exp. DD. Cohn, Freund, Joseph, Langer, Ressel, Stark, Valentîner, Weidner.

Quibus viris omnibus Ill. Cel. Exp. ex intimo animo gratias ago quam maximas.

Tentaminibus vero et philosophico et medico, nec non examine rigoroso superatis, spero fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis, summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

Theses.

1. Sententia Juengkeniana, galvanocausticam esse specialitatem in specialitate, falsa est.
2. Sententia, dolores osteocopos exacerbescere per noctem, falsa est.
3. Tracheotomia in angina membranacea adhibita non prodest, in angina pseudomembranacea obest.
4. Divisio corporum naturalium in organica atque anorganica non sufficit.